

per quas non modo salutem suam domusque
suae tuerentur, sed quas etiam instrumenta et
munimenta principatus haberent. Eas Castris
propriis, extra urbem, uno loco habere insi-
tuit Tiberius. Ipsae Cohortes et Castra pari-
ter *Praetorium* appellata (*Phil. I, 13.*), atque
inde Praefectus Praetorio, *στρατοπεδάρχης*,
Aet. 28, 16. Per hos milites actum, quicquid
militari in urbe ministerio indigebat. Praefe-
ctum eum, qui a Luca commemoratur, *Bur-
rum* intelligendum esse, speciose disputant vi-
ri docti: cuius rei iudicium in temporum ra-
tione situm est. Nam numerus singularis in
Praefecti verbo, quo in primis nituntur, quod
Burrus hanc potestatem sine collega habuit,
quod ante et post ipsum secus fuit, in ea re ni-
hil efficit. Etiam Traianus apud *Plinium X, 68.*
de aliquo scribit: *vinctus ad Praefectum Prae-
torii mitti debet*, et apud *Suetonium Claudius*
c. 12. postulat, ut sibi liceat, *Praefectum Pr.*
in curiam inducere: ex quibus locis nemo col-
ligit, unum tum Praefectum fuisse.

98. In provinciis porro vel legiones vel co-
hortes collocatae ad custodiam securitatis vel
externae vel internae, et ad ministeria magi-
stratum, in quibus manu militari opus esset.
Legiones maiorum provinciarum sunt, cohori-
tes minorum, quales Iudea, Cyrenaica etc.
quae a Procuratoribus administrarentur. Ita-
que in Actis Apost. *πειραγμένων* modo commemo-
rantur,